



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXV. Quod subdiaconi non debeant benedicere, vel benedictionem
tribuere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
CHRISTI

Ecclesiasticum ordinem, id est, vsque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas & ostiarios, & ex numero continentium & monachorum, ingredi tabernas.

XXV.

Quod non oporteat subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

Dist. 93.
Non oportet diaconos.

XXVI.

Quod hi qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in Ecclesiis quam in domibus exorcizare non possint.

Dist. 69.
Non oportet exorcizare.

XXVII.

Quod non oporteat sacro ministerio deditos, clericos, aut laicos ad agapen vocatos, ciborum partes accipere, propterea quod hinc Ecclesiastico ordini fiat iniuria.

Dist. 42.
Non oportet ministros alt.

XXVIII.

Quod non oporteat in domiciliis diuinis, id est, in Ecclesiis conuiuia, quæ vocantur agapæ, fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

Dist. 41.
Non oportet in basilicis.

XXIX.

Quod non oporteat Christianos iudaizare, & otiari in Sabbato, sed operari eos in eodem die. Præferentes autem in veneratione Dominicum diem (si vacare voluerint) vt Christiani hoc faciant. Quod si reperti fuerint iudaizare, anathema sint a Christo.

XXX.

Quod non oporteat sacris officiis deditos, aut clericos, aut continentibus, vel omnem laicum Christi-

Dist. 87.
Non oportet ministros.
Et in Aga-